

Sicut quicquid imperfectum scientie supplet perfectio caritatis de renu. c. nisi. §. p. de
 fedu. hic quicquid imperfectum scientie supplet perfectio expensarum vide hic glo. in
 verbo excedit. Et arbitror quod glo. loquat h. verisime notando quod scilicet scho-
 lasticos minus eruditos. petentes hunc honorem qui cum largitate sumptuum
 conantur supplere et detegere defectum literature.

Non oportet quis in suo doctoratu vel magistratu ultra quingentas libras bonorum
 parvorum expendere que faciunt ducetos et quingenta florenos de came-
 ra. et in h. plerique nobiles excedunt. Sed caueat a purio cum iuraret non ex-
 cedere sumam hic taxata. scilicet trium milium thronensium argenteorum qui faciunt
 f. m. monetam nostram sumam predictam de h. vide glo. hic in verbo argenteorum
 vic. tunc quod expense privati examinis in summa predicta non includunt ut non.
 glo. in ver. doctoratum. Ex qua iusto text. nota quod appellatione doctoratum
 non comprehendit examinem privatum et tamen pars doctoratus. quod non quod facit ad
 statuta mentionem facientia de doctoratu. unde si statuto cauetur ut quis
 pura rector debeat gratis doctorari non includit examinem facit quod de hac
 materia no. bar. in. l. vna. C. de adlec. li. r.

Si cancellarius studij incidit in suspensionis penam ad sex menses quod non dicitur
 licet iuramentum. put hic cauet. et durate semestri itez incidit in eadem pe-
 nam. 2. semestre incipit currere immediate a tpe scilicet excessus. non autem expe-
 ditur finis primi semestris h. voluit notate glo. hic in verbo sequentes
 Quare nota quod facit ad multas similes quodnes. et plenius de hoc non. p.
 Jo. an. in. c. cum in curia. de elec. Duerre hec questio satis procedit in ca-
 su quo doctoratus collatio tenuit secunda vice. quod tunc indubitate incidit
 in penam. h. dubium est quid si non tenuit puta quod fuit habita a notorio sus-
 pensio. ut infra subjiciet nunquam incidit iterum in penam ex qua ad fuit nullus
 quod itez est dicere quod non contulit doctoratum. et facit glo. notabilis in cle.
 vna. §. de sanguini. et affi. quod non. Sicut non incidunt in penam contrahen-
 tes per merum matrimonium cum sanguinea. et. quia matrimonium non
 tenuit. Cogita bene.

In cancellario suspensio a collatione doctoratus teneat ipsa doctoratus collatio.
 vide hic glo. in h. sequentes. quod concludendo distinguit. quod aut suspensio est de
 culta et tenet ar. in. c. ad pbandum. de re iudi. aut est publica et tunc fecit. ut i-
 dicto. c. ad pbandum. non enim in hoc imprimatur caracter. merito inducit ex to-
 to nullitas vigore suspensionis et sic oportebit quod itez talis doctoratus et
 non bene quod per doctoratum non imprimatur caracter. Est enim f. m. glo. pall. quodam
 autorisatio et declaratio que declarat illum dignum ad officium doctrine. et
 dat auctoritate ut doceat. que verba nota diligenter. habes enim ex his
 diffinitio doctoratus. Et puto quod non imprimatur caracter. scilicet stridit et proprie
 sicut per collationem ordinum. h. largo modo potest dici quod imprimatur ad instar
 militis armate militie ut pbatur de milite. in. c. quod quidam. i. q. i. prope
 finez. Et doctores. sunt quasi milites. l. aduocati. C. de aduo. diuer. iudicio.